

A Cum vero affectus numerosi sint, cuiq; eorum sua est curationis indicatio. Quippe à calido indicatio est refrigerandi: à frigido calefaciendi: ac à reliquorum quolibet contrarium applicandi. Quare cum octo intemperamenta sint, octo etiam erunt morborum, quibus simplicia corpora sunt obnoxia, particulares indicationes. Vltraque has vna eius affectus, qui etiam instrumentalium est communis: Cuius nullum apud priores nomen fuit: Sed nos qui eum interpretari sumus coacti, continui solutionem appellauimus: ostendimusque communem curationis indicationem hic quoque esse vnitatem. At uero quae ex hoc rursus in partes duxto particulares conflant, haec quatuor voluminibus sunt prodita, nempe tertio, quarto, quinto, & sexto huius operis. Ac nunc quidem institutum de intemperamentis sermonem, et in sequentibus libris persequar. Hoc absolute, ad instrumentalium partium morbos conuertar: ostendamus secundum eandem methodum in ijs quoq; tum primas omnium curationis indicationes, (quas utiq; generalissimas appelles licet) tum quae ex harum sectione nascentur, deinde rursus quae ex illis oriuntur, donec ad eas quae ultra sectionem non admittant, peruenero. Hanc etenim omnis constituta artis methodum Plato nos docuit. Verum de instrumentalibus postea (vt promisi) dicetur. Nunc (si prius, in qua parte propositi operis simus, admonuerimus) praesenti iam disputationi finem idoneum imponemus. Est igitur unū morbi genus, quod similares & simplices animalis vexat partes: quam intemperiem vocant. Huius aliquas differētias ex corporibus nuda qualitate alteratis prouenire docuimus: aliquas cū materia quapiam, quae in ipsa confluit: Rursusq; ambas incidere, vel in unicam animalis particulam, vel plures, vel et totum corpus. Ergo cum in operis huius libro septimo intemperies eas, quae alteratis tantum qualitatibus in partibus proueniunt, pertractarim: in duobus deinceps libris ad eas, que in totum se animal extendunt, venientes, primum agere de febribus placuit. At quoniam harum ipsiarum aliquae adhuc fiunt, manente scilicet in corpore causa que eas excitavit: aliquae factae iam sunt, sed quae eas accedit causa, iam abiit: satius uisum est de ijs primum sermonem facere, vt pote simplicem primam curationis indicationem habentibus: deinde illas quoq; stilo aggredi, quarum in corpore causa subsistit.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST

DE MORBIS CURANDIS,

LIBER DECIMVS.

ARGUMENTVM LIBRI.

Docet præcauere ne Diariæ febres in heclicas pertranscant;
ac ipsas heclicas cum inuaserint, curare.

Deratione curandi, cum indicationes ab affectu, à causa, & à viribus in idem
coierint, uel inuicem pugnaret.

CAP. I.

D



Rgo in diariis febribus simplex quidam est in corpore præter naturam affectus, vt pote caufis, qua primum eas excitarunt, iam ademptis. In quibus uero causa qd; eas accedit, adhuc manet: in ijs nec affectus simplex, nec sanatio est. Siquidē qd; febris iam receptum in corpore est, id ex propria ipsius curādi indicatione discutere oportet, quod adhuc est futurum: id propulsare, ac ne fiat vetare. Vetabitur autem, si quae id excitat causa, prorsus sit submota. Itaq; in diariis faciendorū indicationem ex ipsa febre maxime capiemus: sed cum illa, naturam, & etatem, & cōsuetudinem, præterea anni tempus, celi statum, & regionem, t{ & vires} simul expendentes. In reliquis, quae accessionis sua caufam intus habent, prima indicatio ab ipsa sumetur causa. Itaq; si febris quæ multos dies continuant, recte ostendimus putredinem esse causam: haec nimis fananda est prima, sed nec interim extinguae febris, quæ per eam iam accensa est, ratio nō habenda. Ac si quidem in idē consentiant, & quae febrē extingunt, & quæ cā oppugnant: quod ab utrīscī indicat, cum vnum sit, sine cunctatione agendum est. Si febris, quæ iam accensa sit, sanatio, caufam qua hanc excitauit, est auctura: aut quae caufam submovent, febrem exasperabunt: diligens habenda consideratio est de remediorum specie. Sanè diligenter considerauerit, qui totam deliberationē in tria hęc cestimanda diuiserit; febris ne sola curanda sit, non solito de causa: an cā oppugnanda, minime curanti de febri: an plurimum quidem remediorum ad alteram earum sit adhibendum, non tamen altera neglecta. At quod primo quidē loco est dictum, probare nō debemus: quando si quibus presidijs id febris quod semper gignitur, oppugnamus, ea effectricem eius caufam auixerint: planè nec generationē eius aliquando inhibebimus, nec magnitudinē minuemus, quippe & generatio eius, effectricis cause specie imitabis: & magnitudo cū illa pariter inaugescet. Quod secundo loco diximus, si id distinguemus, poterit esse non incōmodum. Nam si intollerabilis ægro magnitudo febris sit, cōmittendū non est, vt per ea, quibus caufam adūmimus, febrem

¶ Haec uerba
impressi codis
ces graci h̄t
autq; nō h̄t.

Gal methodi medendi

febrem augeamus. Simul, n. arbitror vtruncq; & febrim sustulerimus, & hominē. Sin ita medio-
cris sit febris, vt quo tempore contra causam tantum pugnas, obruenda interim vires ægrotatis
non sint: vtq; contēndus is modus non est. Non contēndus autem nec tertius est, qui cōtra
id cuius maius momentum est, instare iubet: nec tamen alterius omnino negligentem esse. Sanē
plerunq; causæ maior est vis. Fieri tamen aliquando potest, vt ea sit febris magnitudo, quæ præ-
sentē perniciē, nisi occurras, afferat. quo casu oportebit hac prius submota, deinde ad cām submo-
uendam accedere. Atq; hēc, mi Eugeniane, decidenda tibi inter initia statim de contrarijs indica-
tionibus sunt. Cum aut in ijs examinandis non parū visa est ad hominis salutē momenti habere
vis ipsa {naturalis.} vtq; de ea quoq; non leuis ad agendorum inuentionē cōnsideratio est habē-
scit. Ita sit, vt tres primi scopi sint, qui in propositis iam ob putredinē febribus agendorū indicatio-
nē nobis prēbeant. Vna febris ipsa: Altera effectrix eius causa: Tertia vis ipsa {naturalis.} Cete-
rum, priores duo scopi submouendi sunt: tertius est tuendus. Erit igitur rursus hic quoq; eadem
tibi consideratio que paulo supra, vt cum viribus, tum febre, tum causam inuicē conferas. Mox
si eadē ambo remedia requirent, ea prōpte exequaris. Sin indicationes pugnabunt, vna præfe-
ras, vel quæ à viribus sumit, vel quæ à causa, vel quæ à febre: ac quæ ceteris sit valentior, hāc ma-
gis sequaris: nec tū ceteras negligas. Ex hac nāq; discretione doceberis primā causam, febremq;
profligare: vbi videlicet coniūcis harū remedia vires posse ferre, rursus primā roborandā virtutē
esse, vbi haec imbecillior est, q; vt causa febrisq; præsidia sustineat. Quinetiam omnia pariter sub
coniecturam agilicer, veluti paulo supra de febri, & de causa est monstratum.

Quæ ex diarijs febris magis aptæ sint perdurare, & in alias febres transire,

CAP. 2.

Ergo cum tria haec sint, ad quæ attentum te esse in propositis febris curandis oporteat, fe-
bris ipsa, huius efficiens causa, & ægrotantis vires; inuentiōq; præterea sint generales indica-
tionū modi, quos ē generales vniuersalesq; dicimus: transeundum, arbitror, nūc est ad præsidio-
rum differentias, quæ specialia particulariaq; sunt: sed mentione de diarijs repetita: qñquidem ab
ipsis in eas quæ plures dies continuunt, aliqui transeunt. At vero cum in has trāseant, vna quidē
ratione maxime cōmuni, ipsa medicorum inscritiā, duabus magis prīfratis, & ipsarum febrium uel
causa effectrix iam abijt, vel etiā manet: de vtrisq; seorsim est dicendū. Porrò abijt effectrix
causa, quoties ab ira, dolore, vigiliā, curā, astriuo Sole, fatigatione, & bubone iam inclinatio excita-
ta circa stipationem febris est. Manet, quoties vel ab externa causa, uel ab ipsa febre stipatio ali-
qua facta est. Nam & frigiditas, & adstringētiū v̄sus, per medium stipationem semper febrem
excitant. Vtio præterea nonnunquam corporis habitum constipat, iam ipsum febris principiū,
vbi cum horrore inualit, stipationem subinde fecit. Quinetā glutinosi, & crassi, aut etiā copiosi
succī, vbi medicorū obstruxerunt, diariam aliquando febrem accidunt: vtq; cum idoneum
fortiti sunt medicum, vt supra est indicatum. Sanē dicuntur idcirco id genus febres omnes diarij,
quia solui (quod vtq; ex ipsis est) vno die sunt aptæ, computata cum hoc vna & nocte: quemad-
modum cum dicimus mensē esse triginta dierum, & annum trecentorum sexagintaquinque;
& hoc gestum esse ante tres dies, aut gerendum esse post quatuor. Ceterum, non est idem ipsa-
rum omnium affectus, sed ab aliquibus inseparabilis stipatio est, ab aliquibus minime inseparabi-
lis, sed vel ut plerūq; simul adeſt, uel ambigua sorte, uel raro. Inseparabilis stipatio ē ijs qui ex alu-
minosa aqua, vel chalcantode, vel tali quapiam alia, aut ex frigore, aut leui obstructione febrici-
tarunt: Plurimū uero ijs adeſt, qui ex vſtione febricitant: Ambigua sorte, ijs qui ex fatigatione.
Quicunq; uero ex ira, vel tristitia, vel vigilijs, vel pertinaci studio, vel cruditate, vel bubone febri-
citant: ijs raro adiuncta stipatio est. Atq; harū omnium febriū nulla (quod vtq; ex ipsa sit) adse-
cundam vſq; accessionem perdurat: led intra quatuor & viginti horas omnino dēſinit. † { Aut si
quando earum aliqua (quod tamen rarius fit) longius trahunt, duæ ijs accidunt cause, quæ ipsas
solui vetant. } Earum vna frigus est, quod vel ex ambiente aere, vel ex vñctione quapiā extrin-
secus admota proueniat: Altera egregia ista diatribos est, si qui videlicet hanc transire medicorū
inscrita coguntur. Quod si & ambiens aer calidus sit, & nemo ex medicis qui diatribon suspiciūt,
ad ægrotantem accedit: febris quidem post primā accessionem finietur, idq; cum sudore, vel
madore, vel transpiratio qui halitusus sit. Aeger autem vbi se liberatum à febri senserit, ad
consueta munia redibit, lauans, vngensq; se: aut etiā, si agrestis quispam mōticola sit, his omis-
sis comedens. Ac vulgus quidem, licuti multa alia, vtq; ab ipsa rerum natura edoctum, melius q
sophistæ agit: ita & in diarijs febris omnia sibi ipsi præstare sufficit, præfertim vbi citra valente
stipationem constitere. Vbi uero cum eiusmodi stipatione inuaserūt, qui infortunati sunt, in me-
dicum aliquē incident eorum qui diatribon efferunt: Qui fortunati, in eum qui ipsos & lauabit, et
nutriet, ceteraq; omnia præstabit, quibus stipatio soluatur. Sæpe nāq; (ceu dictū est) ex leui ob-
structione cū cutis latē densitudine, qua uel ex vñctia lauatione, vel alio quopiā est contracta,
diarijs nonnulli febris sunt correpti. Quo tempore nisi quis celeriter obſtructionē submoue-
rit, in plurimū dierū febres transeunt. Est nāq; eiusmodi febris (quantū ex ipsa est) earum q; plures
dies infestant, & q; diariæ sunt, cōis. Ceterum propter cause paruitatē, vnius diei efficitur: sicut
etiam

H

* roūpi/par.
† vel saltē raro
earū aliquē lo-
giis trahunt.
Ducero nāq; ac-
cedentes cāe,
ipsa solui ve-
tant.

A etiam propter magnitudinem, multorum interim dierum. Verum accessio eius ab initio ad extum vscq una est, modo ne ipsam excipiat ea, quae ex putredine humorum nascitur. ergo quoadh
nec in pulsu, nec in calore, nec lotio, putredinis adhuc aduertitur nota, atq; ex sola obstruzione
ortum habet, vt ieq; ipsa obstrucionis solutio eius est sanatio. quemadmodumq; hanc soluere co
ueniat, ante est dictum. **M**ultae igitur apparent diariarum esse febrium particulares differentiae:
Vna quando iam prorsus abiit esse etrix ipsarum causa, ueluti iustio: Altera, quando haec est adeit,
sicut stipatio: cuius duae monstratae sunt differentiae, nempe exiguum meatum densitas, & de
qua nunc agimus obstrunctione. Sanè densitudo ipsa alias ex siccitate prouenit, ueluti post feruores,
aut fatigations, aut iras: alias ex frigore, eoq; vel simplici, vel cum adstrictoria vi. Quae quemad
modum inter se differant: in libro de medicamentis est preceptum, lam vero obstrucionum ip
5. lib. 5. cap. p. H.
farum alia est, quae ex abundantia, alia quae ex qualitate succorum, Tcilicet qui aut lenti, aut crassi
1. lib. 11. cap. S. F.
sunt, incidit. Praferetur autem inter remedia, in ea quam copia facit, sanguinis missio: In ea que ex
humorum qualitate consistit, attenuantium vsus. Quod uero ex viribus consilij petatur, vt in dia
rijs sanè est exiguum: ita in ijs quae pluribus diebus urgent, satis magni est momenti: eoq; maio
ris, quo haec sunt longiores. Enim uero vbi naturaliter le vires habent, ne minimum quidem tin
plurium dierum febribus vacuantur auxiliorum vsum morantur. Vbi non naturaliter se ha
bent, (voco autem non naturaliter cum infirmiores quodammodo sunt) pro magnitudine imbe
cillitatis impeditur vacuantur auxiliorum vsum. Sanè rarius accidit, vt protinus in primo secū
do ue die vires imbecillæ cernantur: Accidit tamē interdum, vel propter aegrotantis malū cor
poris habitum, vel propter senium. Nōnullis etiam fatigatio, vbi vstio, & tristitia, vigilæq; præ
cesserunt, & inedia per totum secuta est diem: dein febris priusquam homo cibaretur, circa ve
speram occupauit, & nox insomnis est acta, vires magnopere resoluit.

Quo pacto in iuuenie febricitante Diatritorium errorum Galenus

indicauerit, ac emendarit.

C A P. 3.

Nec alienum sit, si tibi talem aegrotum describam. In quo primum ausus sum ratioe ipsa mi
hi viam monstrante, & diatriton contemnere, & virium rationem habere: posteaq; alios,
quos in simili casu vidi, audacter eodem modo quo illum, curare. Si quidem primum periculum
postquam ijs quae ab indicatione sunt inuenta subscriptis, ad secundum vsum reddit magis animo
sos. Ergo iuuenis qui febri est correptus, annos natus erat qng & viginti, gracili corpore & mu
sculo, veluti canis: tum sicco calidoq; omnino temperamento. Iam idem exercitatione quodam
modo delectabatur, & alioqui cogitabundus, & industrius erat. Is peregre agens, cum nuncium
parum gratum accepisset, & tristatus est, & propre se accingens ad urbem festinavit. Ac priore
quidem die & laborauit modice, & lotus cenatusq; in quodam diuersorio quieuit: sed maxima
ex parte sine somno. Postera die etiam magis festinavit, ac loqua via, & fabulosa, & squalente, tum
sub feruente Sole cœfecta, hora propè septima & semisse peruenit in urbem. Ibi cum ea quorum
causa maturasset, meliora audiret: in gymnasium lauaturus proficisci. dein vncius, vnā cū quodā
eorum qui aderant iuuenie, perfictus est. A quo cum vt paululum dimoueret, prouocare, orta
inter eos contentionem, (qualia sepe incident ijs qui exercitatiōibus indulget) plus iusto est exer
citatus: eratq; iam immode siccus. Egressus vero gymnasium, inuenit amicorum quosdam pu
gnantes: quos dum dirimit, imprudens in aliam exercitationem nō leuem incidit, dum alios eo
rum diuellit, alios impellit, alios complectitur medios, alios vt iniurios increpat, ac pro ijs qui in
iurijs affecti essent, irascitur: adeo vt domum se in summa siccitate reciperet, lassitudinem, inæqua
litatemq; sentiens. Aquam igitur ex consuetudine bibens, vbi nihil se leuatum, sed inæqualita
tem sibi intendi sentit, hæc quidem vomuit. Ratus autem utilius adhuc cibo abstinere, accubuit, ac geti
se dedit hora fermè diei vnde cia, qd' cū fecisset, ac nocte tota febre diuexatus vigilasset, postridie
quoq; quieuit vscq ad meridiē, sperans se somni aliquid consecuturū. Quo tēpore cū eum medici
quidam diatriton colentes, inuiserent: tum quidem homini satis magnā esse febrem aiebant, ve
speri autem se illum reuisuros. Itaq; & vesperi cum redirent, ac febrē inclinatam cernerent: ne tum
quidem nutriendum censuerunt: quāuis etiam id alius quidā medicus suaderet, immo strenue re
stiterunt, adiuentes, si quidem sine febri esset, fortasse cibum daturos: febricitante adhuc mini
me id facturos. Quinetiam cum tertio die mane redirent, etiam tertię diei accessionem transmit
tendam censuerunt. Erat autem (vt prius dictū est) suspecta hora illius diei vndecima. Ergo di
gressis illis, ipse accessi, ac faciem iuuenis contemplatus, vidi talem esse, qualem in prognosticis

» Hippocrates his verbis pingit: Nasus acutus, concaui oculi, ac reliqua quae deinceps ab eo dicta
scimus. Itaq; cum omnino mihi persuaderem fore, vt tum in hec tcam febrem, tum quam mara
smode vocant, homo nisi cibaretur, incideret, sorbitonem ex alica quamprimum paro, atq; exhi
beo. Et tamen quāuis hac sumpta, cum accessio suo tēpore circa vndecimam inuaderet, sic extre
mis partibus perfrixit, vt califeri haec vix possent, & pulsus illi parvus rārusq; quam maxime fuit.
Qua ex causa illi ēt quarto die tum mane, tum vesperi cibum dedi, quo. s. & uires repararem, &
corpus humectarem. Erat nāq; cutis eius ceu corium arida. Vbi autem febris tenuis, & similis p
leuerauit, statui deinde quinto die nō simplici sorbitione hominē cibare vt ante, sed alica ex aqua
calida,

Τετράς ποσ
Διηγέροις πρ
πτ τοις, legunt
ται ιμψει, τα
pleriq; ex ma
nuscriptis co
dicibus, ut etiā
Linacer uertit.
Suntia qdā
cod. q addant
παι τοις ὀλιγ
πρόποι, i. & ijs
que paucorū
sunt dierum.

Huius Adolecentis, eas
reperi et in libro t cū
procalat. cap. p. 3. 95. E

Gal. methodi medendi

calida, citraq; conditaram, in eam mali punici granis. Est nanq; is optimus cibus bilioso stomacho. nam & roborat hunc malum punicum, & alia cum diutissime in ventriculo citra corruptionem maneat, sensim concoquitur, nec aescens, nec innatans. Quæ vitia accedere sorbitio nibus aliquando solent. Incidit uero & in ipso quinto principium accessionis simile. Itemq; cum & sexto & septimo eum simili ratione cibalem, in nono rursus simile principium præcedenti bus fuit. Vbi nimirū vel amētiam, uel pertinaciam, uel haud scio quid dicam, eorum qui in principio hominem transmittere tertiae diei accessionem sine cibo iuslerant, prorsus intelligere licet. Nam cum cunctis euidenter appareret nunquam perueturum eum ad quartum fuisse, si nutritus ante accessionem tertij non fuisset: illi & tum eum, & securis etiam diebus non recte nutrunt aiebant. Cæterum committendum non erat, vt eorum redarguendi studio, ægrum quis nō exhibito in ipso accessionis die cibo proderet. Igitur nono die similiter hominem nutriens, cernensq; in accessione pulsum eius redditum quam prius erat firmiorem, cæterum imbecillitatem illam adhuc præferentem cum extremarum partium frigore, non potui sustinere medicorum illorum meras nugas; sed vndecimo die præfatus prius ægrotantis amicis fore ut ipso die intelligenter hominem hactenus nostra opera fuisse seruatum, permisimus illi præterire accessionis horas. Ergo cum & sine pulsu omnino in ipsis esset, & frigus eum uehemens totius corporis premeret sic, vt nec loqueretur amplius, & vix impellente sentiret, conuocati in unū medici omnes qui ab initio uideramus, ab ægrotantis propinquis propemodum sumus discepti. Ego quidem quod ob pertinaciam vltro ægri salutem prodidisse: qui vero diatriton colebant, pp ignorantiam & stupiditatem. Ac illi quidem pallidiores frigidioresq; quam ipse æger, consilium qdādam fugæ captabant. Quod ego prospiciens, aula ostium obserari iusleram, & simul amico culdam clauem seruare. Post mediū eorum stans, iam inquam uobis constare planè arbitror, quis hactenus hominem seruarit. Seruabitur autem & nunc nostra opera. Neque enim si peritum omnino in hac accessione putassem, à cibatione destituisse. Sed quoniam ex præcedenti iam viet tantum illi roboris superesse noueram, vt tolerare accessionem posset, permisi accessionis horas sine cibo transmittere. Ac satius quidem fuisset multo ante hominem nutrire. Verum quò & istos redarguam, & quibusdam his auscultantium, qui confici à nobis iuuenem, quod illa occasio nem omiserim dicunt, persuadeam, nunc illis ostendam, uel in accessione ipsa ægrotantes quoqdā nutriti debere: nedum ante hæc His dictis, ac diuictis hominis maxillis, infundo ex anguilli oris vasculo, tremoris ptissima tres cyathos: paulo autē post albi et tenuis vini, modiceq; calida diluti, duos cyathos. Post quos & sustulit oculos, & tum audire, tum loqui, tum præsentes nosse coepit: cum ante velutin lignum aridum porrectus sine voce ac sensu iaceret. Rursus itaq; dato ex vi no, quo dixi modo diluto, pane ad comedendum exiguo, prorsus hominem reuocau. Quem vt rursus ad institutam ab initio vietus rationem reduxi, & tertij decimi diei accessionem facile tolerare uidi: in quarto decimo rursus mane cibau: ac post circiter horam octauam laui: deinde rursus liberalius cibau: ac mox vinum bibendum exhibui. Idem uero & in duodecimo & tertio decimo feceram. In quinto autem decimo rursus cibau mane. Cum vero facilius tum quoq; accessionem ferret, in sextodecimo denuo laui. Ceteraq; circa hominem peregi sicut in præcedenti bus diebus. At ubi in decimo septimo minime grauis, paruaq; accessio fuit, audacter hominem de cætero sub conualecentium vietus ratione habui. Hic æger non paucos semimalorum, ac nō penitus aliorum docuit, etiam ante accessiones ipsas nonnunquam esse cibandum, uel si durarū horarum intercedat spatium: ac multo magis ante accessionem tertij. Ostedi autem tibi & in prima ipsa accessionis inuasione eiusmodi homines esse nutriēdos. Dico autem eiusmodi homines, in quibus corporis intemperies ad siccum & calidum conuersa febres accendit.

Ratione atq; experimento monstratur quam utilis nonnunquam sit ante accessionem uel in ipsa accessione cibatio.

C.A.P. 4.

Porrò hoc quoq; plerisque medicorum fortasse sit incredibile. Sed siue rationi ipsi fides est adhibenda, siue operibus, nos fidem ambobus facimus: Operibus quidem, dum homines ijs monstramus, qui si bido patiantur inediā, necesse est febricitent: ita scilicet ut nonnulli vbi concitatā diaram sunt, uel moerore uel uigilijs affecti. Evidenter enim tum in conualecentibus ex diutino morbo talia fieri cernuntur, tum ijs qui calido & siccō sunt temperamento. Quam vero ratio ipsa fidem huic reifacit, alibi iam dicta est. Dicentur tamen & nunc eius rei summae. Mordens halitus & succus ubi per sensibilia corpora fertur, horrores, & inæquales totius corporis concussions (ḡȳn græce dicunt) facit † in ijs quibus cute stipata, quæ prius transpirabant, iam sunt retenta. Quoties enim fuliginosa sunt, febres accendant. Ergo eiusmodi halitus & succos, tum multa & uehemens dimotio, tum uigiliae, & ira, & dolor, & cura, augent: tum proxime ab istis unum illud per se interdum augere eos sufficit, vtq; si cibum quis non sumpernit. Efficitur enim corporis habitus in ijs naturis, quæ facile amaram bilem generant, ex longa inedia biliosus. Si igitur tum id incidat, tum æger motu quopiam valentiore q; pro viribus vflus, mordentium excrementorum impetum confertim foras excitari: necesse est (ueluti in symptomatum causis ostendimus) vel concussionem quam modo dixi, vel horrorem subsequi. Ac concussio

In græcis ita legit. Φ' διεστημένου τοῦ δέρματος, ἵππος σχεδόντα τὰ διαπνεόμενα πρόσθεν, ὅταν διλγυνώδη, πυροῦ ἀνάτη τοι. per quos horrores stipata cūte, ea que prius traspiras bāt, q; fuligis nolant, fess

A cussio quidem ista succedit propter eorum quae feruntur excrementorum, tum multitudinem, tum acrimoniam, tum impetus celeritatem, tum laborantis virtutum infirmitatem. Nam & quae multa paucis, & quae qualitate sunt insigni, ijs quae ita non sunt, mordent magis: pari modo & que cum celeritate feruntur, ijs quae tarde. Iam vires ubi ualentest sunt, omnia contemnunt ac tolerant: vbi infirma sunt redditæ, vel abs quo quis offenduntur. Horror fiet vbi & qualitas eorum, & impetus velocitas est remissa, tum copia minor: ac potissimum cum vires tristanti obsistunt. Si vero iam dicta largius remittantur: ne horror quidem fiet, sed uel ulcerosus quidam sensus, vel tatum inæqualitas. Ergo coeuntibus omnibus iam dictis, quod vehementissimum est oritur: utique supradicta totius corporis cōcussio: rursus remissa omnibus, nullus ex transitu excrementorum fit sensus. Quod si quædam sint, quædam non sint, & quædam maiora sint, quædam minora: in eiusmodi mutationibus media latitudo omnis, quæ inter id quod maximum est, quod est in grece vocari diximus: & minimum, qui est nullus oīno excrementorū sensus, efficit. Itaq; nihil mirum est, si dictarum causarum quelibet vel per se, vel cum alijs iuncta, alijs inæqualitatē, alijs ulceris quæpiam sensum, aut horrorem, aut dictam concussionem asserere videatur. Nam pone vires imbecillæ sint, corpus ipsum admodum sensile, (quippe id quoq; ostensum est non parum ad eiusmodi symptomatum generationem conferre) habitus autem corporis gracilis, & temperamentum biliosum, stomachusq; similiter bili affectus: tum his omnibus accedant inedia cibi, & uigilie quæpiam, & tristitia, & sollicitudo: ad hanc progressus à domo, qui ex urgente quapiam caula, sit necessarius: postea his propositis (id quod aliquando fieri uidisti) det sedulo operam, ut plus itine

ris per urbem, re ita postulatē, festinus peragat: nunquid huic ex eo qui excitatus est mordentius excrementorum motu, primum quidem inæqualitas quædam, mox vero etiam horror prompte inciderit: quod si motum quoq; continuet, vel cibum sumere non anteuerterat, protinus etiā febris? Equidem ita febricitantes aliquos ostendit tibi, maxime ex ijs qui è longo morbo conualuerant. Quorum cum vni forte fortuna occurrissem, qui mox ante horrescere cœpisset: vt rē exposuisset, dato ex vino diluto pane, continuo horrorem inhibui. Verum hunc (vt scis) per viam in officinam quandam perductum, febricitare prohibui. Alios uero qui prius se domum suam receperint, in ipso principio horroris, uel paulo posterius cibauimus. Atq; vt semel dicam, quibus incipientis adhuc accessionis aderat symptomata: ijs omnibus panem ex uino diluto ac calente mature exhibens, & horrorem statim inhibui, & febrem prohibui. Quanto uero hos citius cibaveris, tanto scilicet magis febrem prohibueris. Quod si paululum aliquando morere, vt ijs febris ne

C tum quidem, calor tamen multus ijs aduenit: simillime planè ijs qui per uehemens frigus facto itinere, reuersi domum, calidis sunt nutriti. Quippe si plusculum morere, maorem calorem sentient, talesq; ac tantum, ut dubites an hunc, febrem appelles. Sín duæ horæ ab initio inæqualitatis interpositæ sint: nutries tunc quoq; modo horror adhuc duret, prædicens tamē quod hi febricitabunt, ceterum innoxia febre, & cui cutis mador succedit, quo factio, tum lauare, tum rursus nutrire debebis. Quod si horror præteriorit, ac iam planè febricitent, cibādi id temporis non sunt, sed decrescente iam accessione, illlico sunt nutriendi, integritate non expectata. In nullo nanque squalido affectu commode finitur accessio, priusquam illi vel ex lauacro, uel humido uictu, humectatio accesserit. Hæc ego omnia cum operibus indicarem, qui me uel laudabant, uel æmulabantur, scilicet quod supra eorum opinionem erant quae egeram, παραδοξόποιον, quod paradoxa faciem, (vt scis) uocabant. Cum uero ratione de ijsdem differens, docerem aliquos ante accessionē esse cibandos, aliquos in ipsa, idq; uel inclinare iam incipiente, uel etiam in ipso summo vigore: tum παραδοξόν me, quod paradoxa dicere uiderer, appellabant. Ergo quid facias his hominibus, quibus nec opere, necratione persuaderi potest? At, inquieti, fieri nequit, ut eiusmodi affectus quis agnoscat, quomodo igitur nos eos agnouimus? Videntur ne cuipiam fieri non posse;

D vt calida & siccæ intemperies agnoscatur, uel quæ ab ortu usq; fuerit, uel quæ in præsentí tempore talis sit redditæ. Mihi sanè tam uidetur facile, quæ has ipsas agnouisse literas. Quid illud uero, si huic non sit adhuc in succis putredo villa, illi uero sit, non posse vobis videtur hoc discerni? Mihi posse uidetur. Nam & ex pulsu, & vrina, & ex ipsa nonnunquam, quæ in calore est qualitate, evidenter id discernimus. Quod si propterea quod nec ipsi quicquā diligere volunt, nec sese exercitare, scientibus parum credunt: quid uerat quod minus tum geometris ipsi, tum arithmeticis, tum reliquis artificibus omnibus nihil credant?

Calidas & siccas naturas inediā non tolerare; ac de primis capitibus, quibus

ratio cibandi continetur.

CAP. 5.

M ac siccis naturis aduersissima res inedia est, ac febrium paratissima causa. Voco naturas calidas & siccas, non solū quæ à primo ortu tales ex proprio temporemento sint, sed et quæ posterius ex calido siccōq; uictu, & plurima dimotio, & vigilia, & cura, & tristitia, & regione calida siccāq; & tempore estiūo, & celi statu calido siccōq; sint acquisitæ. Sanè licet & citra temporis anni mentionē, in eiusmodi sermone statum celi solum nominare. Verum si altius repetam, id quod dico magis credes. Calida & siccæ temperamenta, siue ea ex prima origine talia sint, siue ex victu &

Gal. methodi medendi

& immodico labore, & animi perturbationibus, & regione, & cœli statu, inedia vehementer la- E
dit. In hac dictione, ipsis saltem uerbis, omissum est anni tempus; potestate tamen omisum non
est, vt pote quod in cœli statu comprehenditur. quando calidus in summo siccusq; cœli status iā
dictam temperaturam efficit. { Hic autem status } alio anni tempore quam æstate planè incidere
non potest. quando nec in autumno, nec in vere, multoq; minus in hyeme fieri potest, vt calidissimus
simil siccissimusq; cœli status fiat: sicut nec humidissimus pariter frigidissimusq; in alio q
hyeme. Ob hæc igitur ipse quoq; aliquando prætermisso anni tempore, cœli statu sum contenus.
Liceat tamen cuiq; nominibus quibus velit vti: modo à rerum natura non discedat. Est por-
rò rerum natura, qualem & modo diximus, & nihilominus nunc dicemus. { Nam qua maxime
sunt ad curationem necessaria, eademq; maxime ignorata: nec Hippocrates ipse identidem repe-
tere grauatur. } G Ita annisq; 10. ap. 1. cap. 1. + quæ,
aut comprehensis iam animi mōtibus sit contracta, nō simpliciter noxia est, sed si quicquā aliud,
planè perniciosa, quippe vel in febres ardentes ex ea incidentia quibus, nisi prius mors occupet,
in hecicas migrant, atq; ab his in marasmodum: vel protinus ab initio { ardenteribus præteritis, in
hecicas. } Maxime tamen (vt dictum sæpius est) siccus calidosq; æfectus statim à principio he-
cica corripit, sicuti mulieri accidit, quæ autumno ex tristitia & vigilijs febricitare coepit: perseue-
rauit autem ad plurimum hyemis. Hanc quarto die (vt scilicet) vidimus, deprehendimusq; statim he-
cican esse febrem, cum alia quam humores excitaran coniunctam. Curatio autem una tū fue-
rat, vt frigida tempestive & moderate daretur, consueta scilicet hanc per sanitatem bibere. Verū
alijs curatio huius erat commissa: quare nobis silere est visum. Alteri vero qui eodem tempore
ægrotarat, & se nobis commiserat: quoties nutritus est, fontanae planè gelide dedimus interim bi-
nos cyathos, interm teros: quād frigidam simul multam sibi dari, qui ita sunt affecti, citra no-
xiam nō ferunt. Quocirca vitissimum est, vbi febris ideam persperexeris, in prima statim accessione
minore cum periculo, copiosiore frigida vti, corporibus ad validam siccitatem nondum perdu-
ctis. Qui enī in ferooribus sub canicula ex ira febricitauit, (iuuenis autem hic erat siccus & cali-
dus) vbi in prima accessione duas frigidæ heminas bibisset, statim quidem vomuit flauissimā bi-
lem, non multo autem post etiā deorum excreuit. Deinde cum rursus post cibum aquæ circiter
heminam similiter sumplisset, iam febricitare desit. Non defuere tamen medici, qui cum nullam
à principio febris speciem agnoscerent, sed postea cum iam præterisset occasio, intelligentes vel
in hecicam, vel etiam in marasmoden febrem ægrotantem incidisse: frigidam bibendā, nos imi-
tantes, præbuerunt. Sed nemo metu attigit. Nam magna sollicitudo habenda est in ijs qui ita se
habent, de frigidæ potionis mensura. De qua paulo post dicemus, vbi propositæ disputationi fi-
nem impouerimus. Quippe æger is, quem ante descripsimus, exæplo omnibus est, quibus pro-
pter siccitatem à principio statim dari cibus debet, et si febricitare iam incipient. Nam cum accé-
ditur in his febris propter mordentem acrimoniam ex calcacti attenuatiq; ex Sole & inedia & labo-
ribus suci, maximum eius remedium est humidū nutrimentū: sicuti ē diuerso vbi ob copiam, vel
obstructionem, vel phlegmonem, vel (vt semel dicā) humoris alicuius putredinem febris est or-
ta, maximo malo est cibus. Atq; hos quidē nec in inclinatione febris citra noxiam nutrias, nedum
ipsa accessione inuadente: illos vero omni certe tempore, sed potissimum per inclinationem. Me
quoq; subinde vidisti eos qui ex abundantia, & qui ex phlegmone laborarent, sub longa inedia
tenuisse sic, ut prorsus ante septimum diem non cibarem; sed sola mulsa contentus essem, viribus
scilicet valentibus. Quosdam eorum, quibus videlicet vires validæ non fuerāt, aut stomachus bi-
liosus, aut imbecillus, aut plus iusto sensibilis, solo ptissimæ cremore vsq; ad septimum diem traxi, H
quo morbus { in summo ese incremento } debuerat, aut è omnino per crisin discuti. } Sunto igit
tibi à primo statim die in omni ægro spectanda duo illa quæ Hippocrates iussit, à quibus cibandi
consilia petas, morbi summus vigor, & ægrotantis vires. Postea si transi' summū incrementum
line omni cibo potest, in cibi abstinentia hominem seruabis. Sin exiguum admixtum requirat,
abunde erit sola mulsa: Quod si maius desiderat q; sit ex mulsa, ptissimæ cremor satis erit. At si fas
non est summū morbi incremetū, aut tenui vieti, aut inedia trāmittit: id agendum, vt homo statim
in prime accessionis inclinatione cibet. Aliquos uero eorū (ut dictū est) & cū inuasura adhuc est,
& cū incipit, cibabis. Sint porrò hi siccus tēperamento ac calido, aut à primo ortu, aut certe illo tem-
pore oportet: tū viribus necessario imbecillis. neq; n. fieri pōt, vt abunde siccū calidūq; corpus
cū febricit, viribus sit valētibus. Si tñ cū eiusmodi febri, ac corpore, momentanei mēbris phleg-
mone sit coiuncta, oīno eger moriet (nā id quoq; prædictissime me semp, nunq; uero falsum, ipse te-
stis es.) Magisq; id certū est, si pulmonis, vel mēbranæ quæ costis subtendit, vel uentriculi, uel fe-
cinoris phlegmone sit. Etenim quæ has partes phlegmonæ occuparunt, non modo ijs qui tam
imbecillis sunt viribus, sed etiā ijs qui valētiores ipsis sunt, mortiferae esse solent. Unaq; salus tum
pleuriticis, tum peripneumonicis, adde et synanchiticis. i. qui angina laborant, est ipsum viriū ro-
bur: Non fecus vero & quibus vel iecur, vel uētriculū, phlegmone obsidet. Nam quod ad pleg-
monen quæ in ijs est partibus, spectat, minime plane est cibandum: quod ad uirium infirmitate,
vtiq;

A vtq; s̄epe. Ita necessario aut vires resoluent, aut phlegmone augebit. Atq; hæc mihi latius fortassis q; p re pposita sunt dicta, qui præsertim hoc libro statuerim de febris q; absq; phlegmone infestat, disserere. Ceterū tractatiōis cōuenientia fecit, vt quatenus necessariū esset, digrederemur.

Quo pæciū p̄cauendum sit ne febris in squalente habitu in hecīcam pertransēat, ac de dupli ci putredine, quæ febres accidunt.

C A P. 6.

D Enuo igit̄ redeamus ad febres, quæ iā comprehensis febris sunt affines, quas nominare hecīcas solemus. Nā qui lupa descriptus a me iuuensis est, hecīca febri laborasset, si mirificā diatriton transligere fuisset coactus: nisi tñ prius ab ijs qui absq; methodo victus rōnē ordina re consueverūt, fuisset interēptus! Propona igit̄ alius quispiā, cui cū supradicto cætera quidē oia sint eadē, vires tñ tanto sint valentiores, vt tridui inedia toleraretur: Necesse est hunc, si modo ita cibet quēadmodū cibant q; diatriton extollunt, in hecīca incidere. Nā iij primū in quarto ipsum cibarēt, post in sexto, mox in octauo, deinde in decimo, q; ppe talis est (vt s̄epe vidisti) eorum cibandi formula. Prima quidē cibatio post primā diatriton, reliquæ alternis diebus. Protinus aut̄ (arbitror) & ex artomelite, i. pane ac melle siccassent eius p̄cordia. nā id quoq; ex legibus eiusmodi medicorū est, siue phlegmone viscus aliquod laboret, siue secus. At quēadmodū quidē eos

B cibare qui ita laborent, inter initia conueniat, supra est dictū: sed nihil tñ secus nunc quoq; summatim repetef. Quotiesvel ex laſitudine, vel ira, vel pluribus curis, vel vigilijs, vel tristitia, vellō ga inedia, vel vniuerlis vna (sicut in supra deſcripto iuuene) coeuntibus, siccatus corpus est, ac febris inualit, q; & aridā reddat cutē, & igneū habeat calorē, vtq; hunc talē timor est febri hecīca correptū iſi: potissimum in estate, ac coeli ſtatū calido ſiccōq;. Oportet aut̄ q; primū ptissimā cremore, & forbitione ex alīa nutriti, paneq; poſt oblatō, aquæ frigidā potione hoīem cures, quippe protinus extinguit ac ceſſat omnino febris: modo (vt dictū est) nec phlegmone aliqua ei sit adiūcia; nec putredo humorū. Nā ſi horum vteruis ſit, atēdere diligenter oportet ac diſcernere, quo primū tempore aquā frigidā dare homini ſit audendū. Ego. n. talium quoq; non pauēs dēdi, tu tūiſtelle esse ratus phlegmonas in p̄ſens augere, q; ſinere hominē hecīca febrem incurtere. Vbiq; igit̄ (ut ſemper dicere ſoleo) curatio dignotionē, p̄anotionemq; conſequit. Si quidē & dignoſcat quod p̄ſens est, & p̄anoscat quod ex eo futurū est, oportet, qui volet notabilis efficacia remedio uti. Si tñ magnum fore incoſmodum vel humorū putredini, vel phlegmone coniſcias, à

C frigida quidē danda abſtinebis, refrigerantibus aut̄ remedijs, quæ foris applicantur, vteris: modo ea ſuper os ventriculi, aut tota p̄cordia, modo ſuper pectus imponens: vbi. ſ. plurimum ſubeflē caloris maxime iudicabis. Sanē diximus ijs qui ita laborant, balnea quoq; eſſe non incommoda. Dico ijs, qui ſiccato plurimū corpore ſunt, & ex aliqua earū quæ dictā ſunt cauſarū, citra humorū putredinē febricitant. Monſtrā uero nobis eſt in ijs quæ de febris ſcriplimū, phlegmonas, quoq; pp putredinē humorū qui in ipliſ habent, febris ſubſequi. Quocirca, ſiqñ dicam febris quæ ex putredine accidunt, tale quippiā conducere, vel non conducere: ēt eas quæ à phlegmo- ne excitant, in cōi putredinis genere cōprehensas intelliges. Sicuti vero deinceps vtrūq; noīare videris: Iciās eas quæ ex phlegmone, ab ijs quæ ex ſola putredine ortum habent, tum diſcerni.

Cuiusmodi aut̄ ſit phlegmones affectus, tum in libro de inaequali intemperie, tum uero in eo qui de tumoribus preter naturam eſt inſcriptus, docuiimus. Admonuſſe tñ & nū te non ſit inutile. Cū ſanguis calidus copiosior in aliquā animalis partem procubuit, maiora eius vafa protinus diſtenduntur, vtpote abundantiae continenda non ſufficientia: Ab his deinceps quæ minora ſunt: Mox, vbi nec in ijs ſatis contineſt, exudat foras in ea ampla ſpatia, quæ inter vafa ſunt, ſic vt ēt oia quæ in cōpoſita carne habent, loca occupet. Atq; hæc quidē eſt phlegmones affectio. Poſſunt vero & ſine hac in ipliſ vafa humores aliqui putrefacere: idq; aut in vna animalis particula, in fini bus ipliſ ſumū impacti; aut ēt in totis eorum capacitatibus, quæ inter bubones & alas ſunt, comprehenſi. Cum igit̄ (ceu diximus) citra putredinem ſqualenti corpori febricitare contigerit, caput totius curationis, in ijs remedijs quæ refrigerent & humectent, ſtatueri oportet.

Sex eſte materiæ differentias, quibus frigus & humiditas hecīcis febris conciliantur. C A P. 7.

P Orrō duplex genere eſt harum rerum prima materia. Vna eorum quæ foris admouētur. Altera quæ intro in corpus ſumuntur, quæ ſanē & proſpheromena, id eſt ſumenda, vocant. Extrinsicus corpori incidentum tum aer ipſe, qui nos ambitum pharmaca quæcunq; humectandi refrigerandiq; vim obtinent: & tertium p̄ter hæc, dulcis aquæ balneū. Intro in corpus ſumunt quæ eduntur, ac bibuntur; & inspiratus aer. Ab his generibus tentandū eſt propositis hoc loco febris tum humiditatē, tum refrigerationē comparare. Verum refrigeratio, quoniā per efficacitatem ſimā qualitatē inducitur, & parui temporis eſt, & periculosa, contra, ſiccatis per ea quæ humectent curatio, vt longi temporis eſt opus, ita minus eſt, q; refrigeratio, periculo expofita. Igitur diſtas ſex materiæ differentias deinceps iam examinemus, ab ambiente exorſi.

De eligendo ac parando aere, qui hecīcis febris conueniat.

C A P. 8.

H Iciāt ſi tēperatus eſt, qualē ſe exhibet, vtq; tali nobis eſt vtēdus, nihil amplius de eo ſollicitis. Sīn admodū calidus eſt, vel admodū frigidus, p calido inducēdus arte contrarius eſt, ſubterraneis inuentis domibus, quæ & frigidissimæ ſint, & maxime perflatae, & ad ſeptētrionem versae,

Gal. methodi medendi

versæ, tum auris quibusdā, quæ ipsi sīt p̄p̄riæ, opera nostra paratis: aliàs ex euripis, in quo se
deīciant multi aquarum fontes: aliàs aqua frigida de vasis in vasa transusa. lā hoc statim ēt som-
niferum est. Præterea domo assidue aqua quæ prorsus frigida sit, aspersa: ac ros plurimi humi-
fusi, aut vitiū capreolis, aut ruborum summitsibus, aut lentisci ramis, aut deniq; reliquarū quæ
refrigerent stirpiū aliquibus. De quibus ēt prius est dictum. Turba quoq; hominū ingredi pro-
hibita, nam id quoq; domū calefacit. Atq; ita quidem calidissimū aēr refrigerare, qui. i. in aestate
calida & secca accidit, est tentandum: quandoquidem in hyeme calidissimus esse non potest; sicuti
nec frigidissimus in aestate. At si quis modice frigidus est, hoc esse contētos oportet, nihil aut ma-
chinantes, aut de temperie eius alterantes. Qui vero frigidissimus est, vtq; quatenus respirādo at-
trahitur, admittendus est, vt qui calorem, qui est in corde, admodum refrigeret: non tamen quate-
nus extrinsecus ægrum contingit, quippe id densat cogitq; cutim, ac putredinosorum humorū
leffluxum transpirare prohibet. Siquidem per pulmonē, quod rarum viscus est, difficile non est,
vt tum qualitas ipsius, tum ēt substantia ad cor facile perueniat. At per cutim fieri nequit, vt eius
vel qualitas, vel substantia ad cor perueniat, vtpote prius densata. Nam quod in libris de simpli-
cium medicamentorum facultate, de ijs quæ vehementer adstringunt, est dictum, id hīc quoque
reucari ad memoriam debebit: ac sciri, quī nimium frigidus aer est, hunc cutim densando, semp-
tibip̄ viam præcludere. Scire tamen licet maius fore ex frigida inspiratione cōmodū, q̄ ex cūte
denanda incommode: præfertim cum operimentis hanc calfacere licet. Porro videntur maxi-
me eiusmodi aere est in ijs hec ticas quibus primū quod afficitur, ipsum est cor. Eque vt si ventri-
culus primum esset afflictus, ipsi per comedē & bibitā esset succurrēdum. Huic. n. illa cum inte-
gris adhuc viribus occurunt: sicut cordi inspiratio aer. At iecinorū ex inspirato aere nulla certa
utilitas accedit, à comedēs vero & bibitās, minor planē q̄ vētriculō: cæterum aliqua non obscurē
aduenit. Cōmūnis aut omnium sanatio est per ea quæ extrinsecus applicata refrigerant & hume-
stant. Atq; in his quidē visceribus magna ex parte hec ticas marafodesq; febres accidere cō-
templati sumus. Superueniunt tamen aliquando & pulmonum siccis calidissimis intemperamētis:
Aitamē opportunum eiusmodi febribus id viscus non est, vtpote humidum laxumq;. Incidit
præterea & pectori, & pingui mēbranæ, quod Mesarōn dicit, & ieiuno, & colo: interim uero
& vtero, & renibus. In septo vero transuerso maras̄mū non vidi: hec ticas sanē febrem vi-
di, & hanc semel quidem planē absolutam, sepe vero citius interitementem q̄ plane esset cōpleta.
Eiusmodi nanq; affectū & spirandi difficultas, & delirium excipere solet. Ex quibus magna ex
parte prius moriuntur, q̄ hec ticas prorsus sit perfecta. Est autem eorum agnitiō facillima, tum ex
pulsus duritia, tum ex eo q̄ precordia plurimum trahuntur sursum, tum ex difficultate spirandi,
quæ illis est & inaequalis & varia: quippe aliàs quām maxime paruum & frequens spirant: rursus
aliqñ manifeste spiritum tardant: dein subito quemadmodū gementes resp̄iarunt, vel duplēcē
spiritus intromissionem, quasi superinspirantes, vel duplēcē foras missionem faciūt, t̄ velut re-
spiratio respirationem cōprehendat. Respirant vero hi saepe & reliquo thorace toto, non sensi-
biliter modo, verū etiam notabiliter, tum opertas scopulas, quas Homoplatas vocant, attollētes:
aliqñ admodum raram & magnam respirationem edunt: vtq; cum delirij malū p̄cipue domi-
natur. Verum præsentis instituti non est, vel laborantū partium notas, vel earum causas referre.
Quare denuo ad curationes reuertamur: estimemusq; quas vires propositæ iā materiae aduer-
sus hec ticas febres habeant. Sanē diximus iam nonnulla de aere, tum calido, tum frigido: qui p̄c-
ipue quidē est utilis, cū quod primum afficitur, ipsum est cor: quis confert & in reliquis febribus
non part, qñquidē in his quoq; necesse est cor simile intēperie recipiat: citra quā nec maras̄mū,
nec hec ticas, nec reliquarū vlla febrium consistere p̄t. Quo facile apparet ēr pulmones, vbi. s. ij
sunt qui primum patiuntur, plus cæteris omnibus refrigerantem aerem requirent.

C A P. 9. H

De parandis medicamentis, quæ extrinsecus hec ticas admouentur.

Sequitur iam vt de ijs medicamentis agam, quæ extrinsecus admota humeſtent, & refrige-
rent. Porro horū quoq; ea deligenda esse, quæ citra vehementem adstrictionem refrigerent,
neminem latet. Talia. n. præterq; q̄ non humeſtent, etiam demittere frigiditatem suam alte non
valent, propterea q̄ cutim cogunt, ac coarc̄tent. Optima vero sunt, quæ non modo citra adstri-
ctionem refrigerant, sed etiam corporis substantia sunt tenui. Ac quæ quidem absolutilissime te-
nuium partium sit, substantiam exacte frigidam inuenisse, fortasse non est. Dixi, exacte, propter
acerum, quod cum omnium (quæ nouimus) potestate refrigerantium planē tenuissimarum sit
partium, admistam sibi aliquam caliditatē habet. Præterea corpora quæ contingit, siccāt, quis
ad imaginationem sit humidum. Quo fit, vt ad eos affectus, quos humectari & refrigerari expe-
dit, solo eo non vtatur, sed tanto aque frigidæ admisto, vt possit bibi. Cæterum quāq; corpus
quod absolute tenuium partium sit, & simul frigidum, inuenire non est: attamen deligi materias
oportet, quæ ad eiusmodi medicamenti compositionem maxime sint idoneæ. Ac dictum quidē
latius de his est in opere de medicamentis. Dicetur autem in exemplis nonnihil & nunc, quò in
hoc quoq; genere membratim sis exercitatus. Incipiam autem ab eo medicamine, quod omniū,
quæ humeſtent ac refrigerent, est simplicissimum. quo etiam aduersus erysipelata vtor, & phle-
gmonas

A gmonas in pudendis, utique inter initia, priusq; depascens aliqua subindicetur putredo. Debet autem ad id preparata esse cera quam optima, & elota. Sanè optima fuerit, vel alba pontica, vel que ex atticis sit fauis. Esto autem & rosaceum, quod ex oleo fit à nonnullis vocato omphacino, ab alijs crudo, quodq; citra salem sit confectionum. Maxime vero ad rem pertinebit, si & ipsum oleum tenuiū proflus sit partium: cuiusmodi Sabinum est. Cum vti voles, ambo mixta liquatur in vase duplice. Factoq; humido cerato, (cuiusmodi s. erit quod triplum aut quadruplum ad ceram rosaceum habet) postquam ipsum fuerit refrigeratum, miscetor ē ei paulatim in mortario tm aquæ, quantum in se, dum cum ea mollitur, accipere possit. Expedit autem & ceratum ipsum prius admordū esse refrigeratum, atque etiam que huic admiscebitur aquam esse frigidissimam. Abunde autem ceratum refrigerabis, si cum modice coiuit, totum vas in quo continetur, in aquam frigidissimam dimittas. Quod si aceti quoq; admodū tenuis ac clari paululum adjicere velis, utiq; magis adhuc tum refrigerans, tum humectans medicamentum efficies. Non debet autem medicamentū hoc eō usq; super aerius corpus manere dum manifeste incaleat, sed assidue subinde mutari. Aliud medicamentū.

Oxalidos, aut oxylapathi succus cum exigua {tenui} polenta mixta excipiatur duplicato peniculo detrito, assatinq; frigidum & ipsum imponatur. Quod si eiusmodi peniculi occasio non sit, tum linteum duplicatum, & madefactum refrigerande particule impones. Quinetiam portulacæ, & semperulæ, & vuæ immaturæ succus, similiter polenta miscentur. Ad hæc lens palustris, & viridis tribuli, & polygoni, & lactucæ, & intybi succus, aliaq; quæcumq; refrigerare est dictum, cuī tenui polenta. Præterea sine polenta licet integris herbis tunis vti. Nam vero quod epithema expingibus sit palmulis, quas πατητούς græce vocant, salutare medicamen est. Porro coquere oportet harum carnem, omni membranoso exemplo, alijs ex solo claro acetō, alijs aqua ipsi admista: atq; hac vbi tenera satis reddita est, tunsa vti. Quod si parum molli crassitudine videbitur, præstiterit iam dicti aliquid admiscuisse cerati. Quod si rosacei quidpiam dicatorum singulis aliqui miscere volueris, nihil inutilius pharmacum habebis. Esto autem quod admiscetur, tum minimum, tum & simplex, & perfrigidum, & quod factum ex oleo sit salis experti. Sanè quoties simplex rosaceum, aut aliquid quiduis id genus dico: quod sine aromatis est cōfēctū intelligi volo. Est vero salutare ad talia medicamen & rosatum succus frigidus, vna cum polenta. Salutares vero sunt & ipsæ rosæ tunsa: præterea stirpium, que moderate adstringunt, germina trita. Ad quem modum vti aliqui licet & herbis que mediocriter adstringat, veluti solano. Verum eiusmodi medicamentum materiam in alio opere reddidimus vniuersam. Nunc abunde pro exemplis sunt quæ iam dicta sunt. Porro vtendū his est, non (sicut vulgus facit) toti impositis thoraci, aut toti ventri: immo illi maxime quod primo est affectum. Neq; n. necessum est, vt aut cum eo quod refrigerari valenter desiderat, etiam id refrigeres quod proflus non desiderat: aut ante iustum tempus refrigerare desistas, timens vicinam aliquam particulam laedi. Ego namq; hominem scio, qui imposito præcordiis refrigerante medicamento, difficultate statim spirandi laborarit. Alterum vero qui protinus tussierit. Atq; paulo post utriq; finitum symptoma, vbi quod refrigerauerat, est ablatū. Quod si adeo strenue refrigerare nō studebis, habes quæ id modice efficiant, adhærentium medicaminum, ac cerati speciem referentium, magnam copiam. Quorum non materiæ modo vim, sed etiam compunctionis methodum didicisti.

De balneorum partibus, ipsorumq; facultate, ac qua ratione hec tis febre laborantes sint
in balneum ducendi.

CAP. 10.

Verum ego, cum iam sentiam mensuram præsentis instituti me excedere: ad ea quæ tractationis series proxima exhibet, conuerrā. Proxime vero se à iam dicitis exhibet confidatio de balneo, tum ipsius rei causa, tum vel magis propter Philippum, qui f. hecticis, quas μερομένουσι eis vocant, ē ipsum noxiū putat. Ipse igitur tum de omni balneorum vi, tum etiam quæ ad eos qui hec tis & marasmo laborant, vel (vt semel dicam) omnibus est accōmoda, in hoc maxime libro quid sentiam explicabo. Memini nāq; me & supra in diariis febribus illa laudare, & in septimo huius operis libro, in ijs qui propter siccā ventriculi intemperiæ cruditate laborabant, atq; extenuati erant, saepe vnteras iubere. Cæterum, de vniuersa earum vi, nullo alio libro differui, sed in hunc seruavi: vbi & de ijs agitur, quibus efficacissimus earum est v̄lus, & quibus Philippus ea interdicit. Atq; prius quidem vbi de v̄lerum curatione egimus, indicata causa est cur propriæ cuiusq; morbi indicationes sint ignorante. Dicetur autem nihilo secius & nunc, ut potest ad ea quæ nunc paramus, tum ad ea quæ dicēda sunt, utilis. Cum n. vñus in corpore affectus est, eius curationem inuenire, si non ratione, certe experientia haud difficile est. Vbi vero cōxi duo tres sunt, præsertim qui maxime contraria inter se auxilia requirant, fieri nequit ut experientia, quod agendum sit, inueniatur; immo nec facile ratione. Siquidē & substantiā cuiusq; affectus ad vnguem nouisse oportet, & p̄priam curationis indicationē à quoq; affectu cepisse. præterea quæ primum oīum, aut magis: quem rursum minus, aut secundo tertio'ue loco curare conueniat. Hec igitur causa est, cur vulgo medicorū ignotum sit, & q̄ februm oīum, qua febres sunt, proprium remedium refrigeratio sit, siue ea actū sit, siue potestate: & q̄ alia multa ex accidēti refrigerantia, februm sint remedia. De quibus & dictum non nihil in præcedentibus est, & in

Septima Classis,

iiiiii sequentibus

in frigidam Galen
Vag. in sine corso
vit ēz p. t. sion. m.
cap. 6.

* ιμπλαστή
trivulso
μερομένουσι εις q
marcellum.

Dicitur autem nihilo secius & nunc, ut potest ad ea quæ nunc paramus, tum ad ea quæ dicēda sunt, utilis. Cum n. vñus in corpore affectus est, eius curationem inuenire, si non ratione, certe experientia haud difficile est. Vbi vero cōxi duo tres sunt, præsertim qui maxime contraria inter se auxilia requirant, fieri nequit ut experientia, quod agendum sit, inueniatur; immo nec facile ratione. Siquidē & substantiā cuiusq; affectus ad vnguem nouisse oportet, & p̄priam curationis indicationē à quoq; affectu cepisse. præterea quæ primum oīum, aut magis: quem rursum minus, aut secundo tertio'ue loco curare conueniat. Hec igitur causa est, cur vulgo medicorū ignotum sit, & q̄ februm oīum, qua febres sunt, proprium remedium refrigeratio sit, siue ea actū sit, siue potestate: & q̄ alia multa ex accidēti refrigerantia, februm sint remedia. De quibus & dictum non nihil in præcedentibus est, & in

Gal. methodi medendi

sequentibus dicetur. Quædam nanq; remedia complicatam quodam modo duplícemq; facultatē habent, ita vt & prima ratione proficiant, & ex accidente. Quod genus & balneum est. Nam frigidæ potio per se quidem proficit, vt pote actu refrigerans. Succus autem vix immature posse refrigerans medicamentum est. Atq; hæc quidem ambo refrigerant primum, id est per se ipsa, nec intercedente alio. At sanguinis missio veluti prius indicauimus in febribus continentibus, quas synochos vocant non primum, sed ex accidenti calidam aliqñ intemperiem sanat. Ad eundem modū & clyster, & purgatio, & fomentum ex calido liquore, & cataplasma quod digerat, aut concoquat. Vt rānq; vero facultatem in se cōprehensam habet, ppositum nunc in sermone balneum: vt pote ex partibus varia facultate preditis cōpositum. Quippe ingredientes in aere versantur calido, postea in aquā calidam descendunt, mox ab hac egressi, in frigidā, postremo sudorem detergent. Potest aut̄ prima eius pars, materias per totum corpus, tum calfacere, tum vero liquare. Præterea quæ inæqualia sunt, æquare, & cutim rarefacere, & multa quæ sub hac ante detinebantur, vacuare. Secunda eius pars, vbi quis in sicco corporis affectu ea viit, potest madorem utilem solidis partibus immittere. Tertiā balnei pars potest, vbi quis frigida vititur, & totum corpus refrigerare, & cutem densare, & vires firmare. Quarta vero corpus per sudores contra refrigerationis noxam vacuare. Ergo cum hæc oia circa hominis corpus efficere valeat dulcis aquæ temperatum balneum, & præter hæc etiam si quis intempestive lauetur, tum horrores, tum cutis densitatem, tentandum nobis est oia deinceps distinguere: ac primum de illis sermonem facere, qui cum in balneo se lauant, horrore tentantur. His. n. vna (vt sic dicam) continens excitati symptomatis causa est. Aliæ quæ hanc precedunt, multe. Sanè horroris cauam esse dico mordentium excrementorum confertim actionem citatiō motū. Proinde qbus horū est abundatia, caro vero, ac cutis dense, siue balneum sint ingressi, siue steterint in Sole, siue quoquo modo, vel gestati, vel perficti, vel exercitati, vehementius sint dimoti, vt ijs horror incidit. Contra, quibus hæc pauca sunt, & corporis habitus, vt laxetur rarefactaq; à balnei calore, promptus, iij modo non horrent, sed etiam meliores redduntur, vt pote excrementis per id vacuatis. Quo rationabilius nec in febrilis significationis principio, nec in incremento quisq; ægrotantem lauit. Quippe densata est hoc tempore coarctataq; & cutis ipsa, & quæ sub hac habetur carnea substātia. At in febris inclinatione, vel incipiente, vel pcedente, vel amplius progressa, & nos saepe, & alij medici nonnulli multos s̄æpenumero ægrotos lauentes non parū his contulimus. Porro qñ inclinatione incipiēt, aut iam progressa, aut etiam in summo incremēto (interdum enim id quoq; accidit, tametsi raro) æger in balneum sit duendus, in sequētibus definieamus. Nunc cum de generali facultate singularum balnei partium differere institui, vnum omnium primum exponam. Dicoq; multos eorum qui crudite laborant, plures vero eorum in quibus mordentium excrementorum abundantia subest, oēs præterea qui vel in febrili significatione, vel in ascensiō, etiam oēs qui in summo sunt incremēto, præter admodū paucos, siue hi sint in balneū ingressi, siue steterint in calido Sole, siue exercitationes, frictiones, gestationes ue tentauerint, merito horresco. Singula nanq; horum confertim & impetu agi excremēta subigunt. Cum igitur tā adhuc densa lauantis cutis sit, vt ad primum ambiētis aeris occursum nequeat naturalem suū habitum recipere, sed maiore ad id spatio indigeat, excremēta vero foras versus ruant vniuersa, & retinēti illic ea est necesse, & qua sub cute sunt aceruata, & qua per carnes ferunt, mordere. Porro in libris de causis symptomati indicauimus mordentia excremēta, vbi per sensibilia corpora feruntur, tum concussions, quas ē yū vocant, tum horrores excitare. Ergo quamobrem horreant in balneis oēs qui ante sunt cōprehensi, iam causas inuenimus. Pari modo, & cur nō horreant quibus aut nullum est in corpore excremētum mordens, aut tantillum ut facile vacueat. Ergo de his deinceps loquamur, propter quos etiam de ijs qui horrent, meminimus. Si quis enim balneum ingressus non inhorruit, sed laxata est illi rarefactaq; cutis, huic planè necessario p̄adicta succedit, excrementū vacuatio, equalis per totum corpus calor, exiguum meatum rarefactio, tensorum relaxatio, densatorū fusio. Ac vacuatio quidem excremētorum, omni febri est utilessima: Pari modo, & rarefactio, & relaxatio: Fusio tñ, & calor nō item. Sed calor omni febri est iniamicus: qñ refrigerari, non califeri febrium affectus postulat. At fundi æqualiter, id solidis quidē aialis partibus non est alienū: Succis certe nō ppetuo est utile. Sed quoties in aiali, vel phlegmone quæpiam, vel affectus phlegmonę similis constitut, vel vtravis abundatia, siue ea quæ ad vires confertur, siue ea quæ ad valorum capacitatē, oīum profectō inimicissimum. Ac phlegmonę qđem, cum calefacti, & liquati succi ad ipsas confluent, augentur. Tunicę vero vasorum impares abundantiae, que iam ex liuatione spiritu est impleta, distenduntur: ac vires hoc ipso male afficiuntur. Ergo calidis his siccisq; affectibus, de quibus agebamus, emissio mordentiū est salubris: fusio enim eorum est citra periculum. Calefactio tñ noxa non caret. Atq; hæc quidem ex prima balnei parte ijs qui ita laborant prouenire, modo tempstive balneo vtantur, memoria teneamus. Transeamus modo ad secundam eius partem, quæ erat id quod maxime propriæ lauacrum vocant. Ergo in hac sicut ex humectatione iuuantur, sic ex calore nihil illis cōmodi accedit. Ac cedamus & ad tertiam, in qua & refrigerantur innoxie quæ fuerant excalfacta, & vires firmant. Siqua

* ἐπιβούσα

In codicibus
græcis imp̄lis,
ac antiquis ple-
rilq; legitur,
εργανωτης δι-
πλος τὸ σῶμα,
καὶ ξένη τας
εὐλαβεῖς τοῦ
corpus æquali-
ter calfacere,
τοῦ materiaſ fū-
dere. Linacer
vide legile ve-
alis etiā cod.
legit. δ' ὁ οὐ-
τοῦ εργατος,
vtrā tū fit mes-
hor lectio, pau-
lo infra indica-
bunt verba il-
la, videlicet æq;
lis p̄ totū cors
pus. &c.

* Imp̄ssi cod.
& multi ex an-
tiquis legunt.
κατεχομένως,
vt Linacer ver-
tit, sunt tū qui
legit κατεχό-
μενως. i. fula-
erant.

G

H

* ἐποχήθεις

A Si qua vero & rarefacta, & iusto plus sunt laxata: ea in naturalē redeunt mediocritatem, id quod quarta balnei pars indicat. Quippe qbus oīa rite sunt adhibita, ij post frigidā vsum adhuc sudat, & omnia ipsi excrementa vacuantur. Itaq; ex oībus que de balneis retulimus, vna summa colligitur: qd vacuatur qdem quicquid in corpore, vel fuliginosum, vel fumidum fuit: consistunt autē in naturali symmetria, tum caro ipsa, tum cutis solidarum partium ariditas corrigitur: & calor nō modo is qui ex lauacro accessit, verū etiam qui prius fuit, ex frigida vsum submouet. Maximo hu-
iis rei documento est stātus, qui ex eiusmodi balneo redditur, postq; in Sole feruente iter fecerimus. Quippe acceditus ad id, ne loqui quidem, prē lingue, & fauciū ariditate, valentes: totumq; corpus stipula ritu aridum habentes. At egressi ē frigida, illico omnia pro naturā habitu recipimus: nec febrili calore vexati, nec siccitate afflicti, prompteq; loquentes, ac plurima sitis parte leuati. An igitur evidentius adhuc balnei vires in sicco & calido corporis affectu cognoscere desideras? Ego sanē nō arbitror. Licet autē cui placet, experitur quod incōmodum sequatur, vbi tali peracto itinere non lauerit. Aut, n. statim febricitabit, aut multo plenus tædio, grauato. s. capite, perseverabit: potissimum si frigida calorem nondum extinxerit. Multi tñ iuuenes eiusmodi cōfectis itineribus, vbi illico se in aquam frigidam proiecerint, iuuātur: ac potissimum qui valenti-
B bus sunt viribus, & frigido solio assueti. Ita vero & ruri faciunt, vbi qd balneae non sunt, in stagna, vel flumina seipso coniiciunt, nullo medici suasu, sed ipsa gubernatē corpus natura ad id quod conducat impulsū. Quā eadem, etiam ratione parentibus aialibus insinūatum inserit ad eorū quā offendunt contraria. Siquidem ea quoq; vbi aestu vexantur, frigida se lauant: sicuti etiam vbi fri-
gore vrgentur, calida cubilia sibi inueniunt. Eodem cōtrarietatis studio, etiam cum esuriunt, co-
medunt: & cum sitiunt, bibunt: reliquaq; omnia naturā impulsū obeunt. Ac si certam febricitā-
tum naturā notitiam haberemus, non (arbitror) dubitaremus eorū aliquos assidue in aquis fri-
gidis citra balneum lauare. Nam qd sint quidam qui eam desiderent, vel ex ijs quos iuuit, consta-
re potest: vt quisbus frigida lauatio haudquaq; contulisset, nisi eo tempore recte ad eam dispositi
fuerint. Verum qm̄ exacta nobis dispositionum notitia non est, ac maxima ex errore impendet
noxa: vtq; eiusmodi præsidia recusamus: potissimum in febribus hec tīcis: quando per has, & pau-
ci sanguinis, & nudum carne, & expers adipis, redditum corpus est. Nullum, n. hi solidarum par-
tibus munimen habet, quod frigidā occursum sine noxa excipiat, sed protinus similaribus ipsi-
partibus occurrit, à quibus oīs animantū actiones obeuntur. Iuuenis vero, cui abunde sit car-
nis, & aequalis tempore, atq; in febris summo vigore, modo nulla viscerum phlegmone subsit, si in
C frigidam se conicerit, sudabit. Quod si frigidā lauationi sit assuetus, securus remedio vte. Verū de eiusmodi corporibus post agetur. Qui autem ex calida, & siccā intemperie, hec tīca febricitat, ac potissimum qui iam marasmodes hunc, ijs vbi tali præsidium petunt, tutum non est in totam coniici: aque vt nec gracilibus & imbecillis, qui astate calida & siccā, longa via peracta, refrige-
ratione indigent. Nā neq; his tutus est frigidī solij vsum, nisi prius fuerit in balneo æqualiter ex-
calfacti. Quippe simile quiddam nobis accidere videtur, cum in frigidum solium post balneū in-
gredimur, ei quod ferro accidit, cum tingitur. Etenim tum refrigeramur, tum roboramur: que-
admodum & illud, vbi candens iam redditum frigida mergitur. Atq; huius rei causa ad imbecil-
la corpora inuentae sunt balneae: quā ea præcalfaciant, atq; ad frigidum solium præparent. Non
dissimile quiddam faciunt & qui sine balneo frigida vtūtū, cum icilicet se ab exercitatione in eā
saltu demittunt. Siquidem cuiusmodi nobis est balneum, eiusmodi illis est exercitatio: vt quā nō
tm̄ calfaciat, sed etiam insiti caloris motum à profundo corpore extrorsum concitet sic, vt & fri-
gida impetu occurrat, & quo minus violēter in profundum ruens viscerum aliquid feriat, ad-
uersetur, atq; prohibeat. Nam neq; ipsam frigidē substantiam, neq; eius qualitatē oīo integrā
vscq; ad viscera pertingere, est salubre: immo & latius & tutius est solam eius qualitatē, t̄ per ea
que intercedunt (vt sic dicam) propagatam, & citra substātiam ad profundum permeare. Nam qui
hec tīcas febricitantes ad balneum accedunt, nisi in frigidam sint dimissi, nihil iuuantur. Qui enim
aliter febricitant, eorum solidā partes nondum difficile separabilem calorem obtinent. Itaq; etiā
ex sudoribus, vna cum insensibili transpiratu, abunde his remedij est. Et sanē diariarum febrīum
ipsam propemodum substantiam vacuari per hæc contingit. In ijs vero qui ex siccitate & calidi-
tate febribus hec tīcis vrgentur, solidarum partium affectus carenti ferro est similis. Quo vtq;
minus eos in balneis calfecisse dūtaxat humectasseq; contenti esse debemus. quippe cum sic ali-
mentum, incrementumq; frigi præbuerimus. Immo melius erit, vt mersis in frigidam extingua-
mus calorem. At in hoc metus est, ne corpus in diversa transferas, ac frigidum reddas. Quis hoc
negat? Non tm̄ propterea vitio dandum est, qd prospere ex præsidio succedit. Nec propterea qd
mensura eius deprehendi est difficultis, prorsus est deserendum. Siquidem si aliter liceret, tum ce-
teras hec tīcas febres, tum marasmodes sanare, cōsultius esset tuiōre via iuistere. Nunc quoniā
totum curationis momentum in refrigerando humectandoq; consistit, omnibus vero refrige-
rantibus auxilijs propter corporis horum gracilitatem noxa imminet, necessariū arbitror Thu-
cydidi esse consiliū. Agētes aliquid vel periclitari. Quibus enim alia salutis ratio non est, & que
vnica videtur, ea dubia est: nec illum arbitror his est aduersos periculis ire. Sed nec error ipse, aut

Gal. methodi medendi

gendum videt, cōsum:
it ē p. t. diff. feb. cap. 2.
Vat. ca. 5. H.

B mortiferus est, aut irremediabilis. Siquidem quos in extinguenda febre aqua frigida in contrarium affectum transtulit, hos licet in toto quod sequitur tempore calfaciendo sanare. Iam nec periculum par est, nec frigidus affectus, nec etiam ipsius remediorum. Indicauimus namque tum prius in huius operis septimo, tum in libro de marasma, tum ante hos in libris de tuenda sanitate, fieri non posse ut solidarum partium siccitas consummatè sanetur. Quod si fieri id posset, utique fieri posset ut non senesceret qui ea victus ratione veteret. Si igitur insanabilis solidarum partium siccitas est, tum expeditissima in eam per hecicas febres via pater, melius est hominem in frigidam intemperiem transferre, ac cui curationē deinde adhibeamus habere. Quippe qui id fecerit, is postea noxam oppugnauerit. Qui vero mortiferam insistere viam sinet, is desperatam ægrotati salutē fecerit. Quāto itaque satius est aliquid nonnulla fiducia, vel cum periculo facere, quam spe adempta certo perire, tanto profecto satius est potestibus præsidij pugnare, quam nihil agere. Ergo illico eos qui hecicas febricitant, omni ratione refrigeremus, antequam progressi in marasmum peruererint. Quem autem marasmus planè iam occupauit, hunc sanare ne tentaueris. Nam et si calorem eius extinxeris; attamen siccitas quae relinquitur, senectutis ritu hominem conficiet, tantisper nimis rū victurum quoad solidas eius partes renit aduersus summam siccitatē valebit. Atqui maluerit fortasse propinquorum ægrotantis aliquis, atque etiam ægrotans ipse, aliquo spatio in sensibus habitu vivere, quam illlico mori. Itaque curare hos quoque cum præfatione expedite, ac in alterum transferre marasminum, quem iam nominare senium ex morbo insueuimus. Licebit enim his non tam plures dies, verū etiam menses vivere. Ego namque cum iuuenem quendam qui ita laborabat, sanasse, reficiens deinde, ac senilem eius imbecillitatem pro senium ratione tractans, non solum in menses, sed etiam annos viuum seruauit. Nec est quod hic eiusmodi marasmī curationē audire desideres: vi posse tum in huius operis septimo, dum siccas & frigidas intemperies sanauimus, traditam potestate: tum operis de sanitate tuenda ea in parte, quae senibus alendis est delegata. Præsens autem liber non marasmorum, sed hecicas febrium curationem docendam promisit. Ex quo genere sunt & que marasmodes græce dicuntur, de quibus tum alia non pauca diximus, que non modo rationis, sed etiam vñus iudicio probauimus: tum illud, si non oportere balneum (vt Philippus facit) formidare: qui cautius fortassis eo vititur, ad eum modum quo in cæteris solemus febribus, quas vel phlegmone, vel putrescentes succi accenderunt. In his enim nihil offendit, etiam si in frigidam ægrum non merterit, sed eum (vt mos est) perfundas primum tepida, postea que veluti ex Sole tam astiuo teper, mox hoc etiam paulo quam illa frigidore. In hecicas vero febribus, id quod remedium affert, calide solium non est, sed frigidæ: ad quam balneæ ægrotantis preparant corpus: aque ut reliquorum omnium qui per sanitatem lauantur Porro non propter id modo videbis mihi Philippus ignorare, quam salubris res balneum sit in ijs qui marasmode hecicas laborant, quam extenuatos in frigidæ solio tingere nemo audet, aut saltem ultimam aquam ipsis frigidam infundere: sed etiam quod sapientia altera coniuncta febris est, que vel ex humoris putrescentia, vel phlegmone sit excitata: tum vero quod tali hecicas laborantium mortiferum est vitium. Ac propterea quidam non recte omnia que his exhibentur, culpant: cum non sit illis imputanda culpa, sed affectus. Ergo recentis denuo que diximus, huic disputationi finem imponemus. Quicunq; hecicas febre laborant, atque ex his præcipue qui iam marasmode hecicas febricitant, modo his alia nulla febris vel ex sola putredine humorum, vel cum phlegmone sit adiuncta, eos oculi adaucerit lauabis, sed prorsus citra omnem laborem, ne vires resolutas, quod ipsum cum noceat vehementer, occasio fit balnei culpandi. Quod citra laborem dixi, id ita intelligo. Volo æger in balneum super lectulo deportetur. *In cuius prima è tribus domo nudetur, ac transferatur in sindonem calentem prompte in id ipsum paratam.* Sunt autem quatuor qui hanc teneant, à quoque fini unus. Ac si quidem prima domus satis calida sit: æger in ea nudatus, in secundam portetur. In tibi frigidior videtur: non nudus, sed coopertus, vel alia sindone minime frigida, vel tali aliquo inuolucro. Constat autem & sindonem eam, qua portabitur, esse valentiorem oportere: Aut si imbecilla per se sit, duplicari eā erit satius. Esto autem media domus non tantum situ media, sed etiam temperie: tāto, si prima calidior, quanto est tertia frigidior. In hac domo oleum tepidum esto, quo æger super sindone illatus protinus perfundatur. Hoc factio tertiam ingrediantur domum, ducantque hominem ubi solium est: Sic vt per tres balnei domos dūtaxat transierint. Per quas nec celeri gradu transibuntur quod ægrum portant: sed tantisper in prioribus dominibus morabuntur, dum in altera transferatur in a lectulo: in media vero, dum perfundatur oleo. Esto autem & aer cuiuscumque domus, nec summo calore, nec etiam frigens: sed admodum temperatus, & modice humidus. Id fiet, si aqua temperata ex labore sit liberaliter proiecta sic, vt perfluat per omnes domos. In ipsa vero soli aqua medioter moretur: idque in sindone sustentus: nulla infusione aqua, cuiusmodi in alijs uti solemus, adhibita. Immo nec capitii eius infundi quicquam velim: cū sit satis id quoque bis ter uero in aqua mergi, demissa mediocriter deorsum sindone, ac rursum per quatuor iuuenes qui eum portant, leuata. Mox hinc eductus, in frigidam semel totus tingatur, ne vel breuissimo quidem spatio illuc moratus. Porro qui eum portant, tum reliqua omnia curiose esse eductos conuenient: tum celeritate tingendi, non documenti modo, verū etiam præcepti loco ppter cætera habere.

Protinus

*paratamq; ad
manū habeat
calidem sindo
nē, sup quā, in
primatriū dos
morum balnei
nudatus, trās
portetur.*

A Protinus vero alter paratam habens sindonem ipsi iniiciat, {ac deinde aliam.} Tum in lectulo collocatus, primum spongijs dergeatur, deinde mollibus linteis. Nec committent qui eum deter gebunt, vt violentius eum contrectent, sed quoad fieri potest blandissime. Post hec vncutum ac vestibus amictum, rufus super lectulo in domū vbi cibā, reducent, ac nutriēt. Sanè dictū supra est in horum commentariorum septimo, vbi siccā ventriculi intemperiem sanauimus, domum balneo debere coniungi. Ac de balneis qđem satis (quod ad rem ppositam spectet) haec tenuis.

De alimentis eorum qui hecīca corperi sunt &c de curandis hecīcis quae marasmodes appellantur.

C A P. II.

Sequi prædicta videtur, vt de nutrimenti facultate præcipiam. Sanè frigidum esse, ac humidum quod hecīcis febribus sit conducturum, nemo nescit. Eiusmodi vero sunt, tum ptissimā cre-⁷²mor cum frigidus sumitur, tum alica similiter ptissimā tremori condita. Id vero est ex aqua, & exīguo porri, & anetho; tū sale, oleo, & aceto. Cōmodus præterea ijs qui si laborant est, & exīguis in aqua frigida panis. Ceterum, nullius horum pura frigiditas esse debebit, sicuti potionis, Quippe hecīc mature tum incalescit, tum per corpus digeritur. Illa cum plusculum tēporis in ventriculo morentur, ipsum fortassis refrigerant, si fuerint imodice frigida. Vbi vero febris iam tra-
xerit, dandū quoq; alsiminū lac est: sed diligenter obseruato ne in ventriculo cogat. Id vero interim ipse nos æger docebit, vt pote suę ipsius naturę peritus: Interim id à nobis inueniendū est, pau-
platim ad eius usum accedentibus. Ac expedita qđem ratio est ad symptoma declinandum, si mel
illi admisceas, aut salis quo vescimur exīguū. Ceterum abstinentū (quoad fieri potest) in hecī-
cis febribus à melle est: atq; idcirco etiam à nulla. quippe protinus vertitur in bilē, & sicciores
acriorisq; caloris febres reddit. Dandum itaq; principio est alsimini lactis nō plus cyatho, velutti
à me datum vidisti: sed inducta in ipsum cubiculum alina: quod nullum tps interponatur, sed æger
id protinus bibat; contēplantibus diligenter nobis, ac conferentibus arterię motum, qui à sumpto
lacte agitur, cum eo qui ante id sumptum fuit. Si. n. corruptum sit, eiusmodi inuenies pulsus, cu-
jusmodi in oris ventriculi afflictione accidere nosti. Sin aut̄ corruptum non sit, & maiores & va-
lentiores redditos inuenies. Itaq; etiā licebit, cū postea exhibebis, mēsurā lactis dimidio cyatho
adaugeas, ac deinde rufus alium dimidium adiicias, sicq; sensim usq; ad mediocrem mēsurā ad-
das. Mensurę vero non lactis tm, sed etiam reliquorum ciborum cūm mete, quibus attētus eris,
in septimo huius operis, vbi ventriculi sanauimus intēperies, sunt traditę. Nam cum primum in
eo libro frigidam eius intēperię haec tenuis inueteratā, posuerimus, vt totū iam corpus gracile

Creddiderit: indicauimus quo pacto quis simul ambo probe sit sanaturus, tum ventriculi intēperię, tum corporis gracilitatem. Ideoq; fortasse sit satius, quod minus multa scribamus, ad illum te
librum pro reliquis oībus cibis remittā. Cum. n. similes affectus sint, similia nimirū remedia po-
stulant. Verum quāto hecīcarū febrium affectus est calidior, tanto vtq; frigidiora requirit au-
xilia: & simul maior ē sollicitudinē ne valentibus auxilijs vtentes quicq; ledamus. At qui iam ma-
rasmo vrgent, eos, sicut dictum est, laubabist. Quos vero hecīca premit, nondum tm marasmo ten-
tantur, eos licet etiā sine sindone subiecta lautes, vt pote viribus adhuc valētes. Inferri tm & hos in
domum vel sup lectulo, vel saltēm alio quopiam idoneo conueniet. Mox ipsos seip̄is ingredien-
tes ad calidā duci, quō in ea moren̄. At qui ex his minus sunt valētes, eos nō tutum est pmittere
in frigidam natationē descendere: sed foris potius ipsos pfundere, primum tepida, secundo frigi-
da. Eito aut̄ tunc preparata in labro aqua frigida (quanta, s. ex eo semel hausta pfundere simul to-
tum iam lauatū possit) ea frigiditate, vt nullam euidentē qualitatē nec proslus frigidarum nec te-
pidarum aquarum pferat: sed qualem ea quę fontana vocatur: quę & frigoris quod ferit, & te-
poris qui resolut, est in medio. Ac si quidem oīa curiose administrabunt, tum quę ad balneum, tum
quę ad nutrimenta spectat: vtq; sanādi iam eius quem marasmus cōsumit, spes est. Sin error vel

Din uno cōmittatur, is reliqua subuertit oīa. Quippe cū exitialis horum affectus sit, ne leuissimum
quidem errorē tolerat, ac si quis talit̄ est seruatus, huic carnosam portionē marasmus occupau-
rat. Ipsis vero solidis siccatis, fieri nequit, vt homo prorsus planeſ: sed oīo vel statim eum febris
ipsa iugulauerit, vel postq; in eum affectum est translatā, quem senium ex morbo vocamus. Nā
primum eiusmodi febris p̄p̄iam partium humiditatem, ex qua nutritus, depascit: Hinc vero ad
carnosum genus transit, quod circa, tum fibrosas, tum mēbranosas partes solidorum corporum
haeret. Ita deinde ipsas solidas populatur. Siquidem in singulis simplicium ac primarum quasvo-
cant partium (vt in dissectionibus es contēplatus) alia portio substantię eorum est veluti fibrosa,
alia mēbranosa, alia carnosa. Sicut, exēpli causa, cum vena vnam tunicam habeat, & eam tenuē, li-
cet fibras in ea inuenire multas, quę sint araneosis quibusdā intersitis contextę: qbus utrīsq; ipsa
p̄p̄ia vena substantia adnascat. Haec alia in alijs partibus habetur, nec vnum cōmune nomen
est nacta. Ceterum dōcendi causa nihil vetat eam carnosam substantiam voces: vel certe huius
particulę quandam carnē, quę in ventriculo quidem sit alia, in iecinore alia, similiter in arteria &
musculo. Vocatur aut̄ caro tm ea quę in musculo est: reliquarum nullā homines carnem vocant,
præterq; admodum pauci: sed quę in visceribus, ceu iecinore, renibus, siene, & pulmone visun-
tur, eas Parenchymata (quali affusiones dixeris) græce vocant: Quę in intestinis, ventriculo, sto-

Septima Classis.

iiiiii iij macho,

Vit 2. t. 2. cap. 3. 9
ex 2. t. 2. cap. 2. 2.
ex 2. t. 2. cap. 2. 2.

Gal. methodi medendi

macho, & vtero sunt, sine nomine relinquunt. Tu tñ de nominib⁹ non laborabis. Illud potius intelliges, singularum particularum subtantie molem ex tal⁹ maxime cōpletam esse natura, quę vtq; (vt in sinuosis viceribus videre licet) & perire, & regnii potest. At vero nec fibrofa, nec neruosa, mēbranosa ue natura eandem generationē habere cernitur. Nec fas est eiusmodi singularum partiu⁹ fibras à malignis febris liquari, sicuti carnes: qñ animal ipsum priusq; hæ prorsus sint siccatae, interemerint. Sane sunt & quas marasmodes febres vocant, vniuersæ ex earū generē quæ colliquant. Sed in eo differunt, q; quæ portio carnis in his colliquatur, ea semper vaporis vice digeritur: in illis defluit in vētrem. Cernitur hoc etiā in carnibus, dum in craticulis torren⁹, eviderter fieri. Siquidem ab aliquibus plurima liquatio defluit, deciditq; in prunas largiter: Ab aliquibus nihil oīno, quod vtq; sentias, defluere videtur, etiam si par sit prunarū subdita copia. Quippe feris suis, aut nihil oīno, aut planè minimū est quod defluat: cicuribus vero plurimū. Quantoq; magis vel adipe, vel carne animal abūdat, tanto profecto quod ab ipsis carnibus dum in craticulis torren⁹ defluit, cernitur copiosius. [Ad eūdem itaq; modum in calidissimis febris, si carnes humidæ ac molles cum adipis copia fuerint, eas sensu liquari deprehēdas: Sin sine adipe & siccæ sint, in marasmodes febres transeunt. Clarissimo huīus rei argumento sunt infirmi, qui p aluum, quod liquat, excernunt, qui nisi prius vel morbi violētia, vel medicorum inscitia moriantur, in marasmodes febres incident. Siquidem quoad materiam vberem habent, hanc colliquat. Vbi illis tum adeps, tum caro mollis defecit, duras & egre liquabiles carnes siccāt, à quibus, ppter siccitatē nihil defluit: veluti nec ab "iis que" sale sunt siccatae, si quis has quoq; torrere parās pari cum alijs igni admoueat. Nam & sicciores earum cārnes reddentur, & corij ritu durabuntur: nec defluet ex his vlla sensibilis liquatio.] Hæc igitur cum scias: etiam colliquantium febrium iſdem methodis curam ages, tum ad frigidam exhibendā quamprimum properās, tum ijs quæ humectent & refrigerent nutriens. Mulsam vero inimicissimam censebis: qua tñ vti plerosq; medicorum in eiusmodi febris vides. Verum de colliquantibus febris differere in posterū licebit: neque vt de ijs hec tis febris quæ in pestilentijs contingunt: cuiusmodi ea est quæ nūc publice grastatur. Dicitur nanc⁹ & de hac inter pestilentes febres. Reliquarum vero tum hec tis carū, tum quas marasmodes vocamus, abunde mihi sanationis methodum tradidisse videor.

G A L E N I M E T H O D I M E D E N D I , I D E S T D E M O R B I S C V R A N D I S , L I B E R V N D E C I M V S .

A R G V M E N T . L I B R I .

Indicationes omnes explicat quæcumq; in curandis putridis febris estimantur,
ac per traclat de cataplasmati, perfusionib⁹, & balneis quæ pro ratione inflammatarum partium adhibentur.

Quid aetum superioribus libris, quid hoc agendum, ac de primis, & communibus fontibus curatiuarum indicationum.

C A P . I .



Ebrum quas putrescens accedit humor, primæ remediorum indicatiōnes dicitæ prius sunt, quo loco eas quemadmodū & duas & tres efficias, docui: etiā si velis vnā. Nunc vero quod in alijs febris fecimus, vt ex primis generibus ductis, ad ultimas vsc⁹ species diuidēdo pueniremus, idem & in pposita differētia facere tentemus: illud prius admonentes, quod etiā in libris de pulsū diffrentia ostendimus, siue primas differentias, siue prima genera, siue maxime generales ideas, siue quomodo tūq; aliter appellare libeat, modo exactā rei notionem serues, nihil interfuturum. Ac februm qdem ipsarum, quæadmodum eas, quas diarias vocamus, cures, in horum cōmentariorum octauo exposui, pari modo & quæadmodum continētes, in libro q; illum sequit. atq; etiā quæadmodum tertias hec tis scilicet, in eo qui illi succedit: qui totius operis est decimus. In qbus non, ppria modo cuiusq; sed etiā cōmuniū pleraq; expli- caui. Nunc quæadmodum quæ ex putrefactibus humoribus excidentur, methodo sint sanande, aggredi statui. Quæ curationē indicant: prout in duo diuidunt, affectus quæ curamus, & partium ægrotantis tēperies sunt. Licit aut̄ ea (vt dicitū est) & vna summa interpretetur, dicentes vnam esse oīum morborum cōmuniem curatiōis indicatiōnem, nēpe cōtrarietatē ipsam, qua rursus diuisa, duas existere, morbo. s. ex ijs quæ sibi contraria sint, adhibēda remedia indicante: laborantis vero tēperie, vna cū ipso morbo, contrarietatis mensurā definita. Porro dicitū in illis est ambientem quoq; nos aerem vnā efficere indicatiōnem posse: Et cū primā sectionē in duo tñ facimus, ambientē vel ægritudinē causis, vel sanitatis annumerandū esse! At vero cum sanitatis caue sint omnia